

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und gemäß  
II. sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung:

Ad haec officia dimissis magistratibus<sup>\*)</sup> consules in rostra  
escenderunt, et contione advocata cum sollempne carmen preca-  
tionis, quod praefari, priusquam populum adloquantur, ma-  
gistratus solent, peregisset consul, ita coepit: "nulli um-  
5 quam contioni, Quirites, tam non solum apta sed etiam ne-  
cessaria haec sollemnis deorum comprecatio fuit, quae vos  
admoneret hos esse deos, quos colere venerari precarie  
maiores vestri instituissent, non illos, qui pravis et ex-  
ternis religionibus captas mentes velut furialibus stimulis  
10 ad omne scelus et ad omnem libidinem agerent. equidem nec  
quid taceam nec quatenus proloquar invenio. si aliquid  
ignorabitis, ne locum neglegentiae dem, si omnia nudavero,  
ne nimium terroris offundam vobis, vereor. quidquid dixero,  
minus quam pro atrocitate et magnitudine rei dictum scitote  
15 esse: ut ad cavendum satis sit, dabitur opera a nobis.  
Bacchanalia tota iam pridem Italia et nunc per urbem etiam  
multis locis esse, non fama solum accepisse vos sed crepi-  
tibus etiam ululatibusque nocturnis, qui personant tota  
urbe, certum habeo, ceterum quae ea res sit, ignorare: alias  
20 deorum aliquem cultum, alias concessum ludum et lasciviam  
credere esse, et qualecumque sit, ad paucos pertinere. quod  
ad multitudinem eorum attinet, si dixero multa milia hominum  
esse, illico necesse est exterreamini, nisi adiunxero qui  
qualesque sint. primum igitur mulierum magna pars est, et  
25 is fons mali huiusce fuit; deinde simillimi feminis mares,  
stuprati et constupratores, fanatici, vigiliis, vino, stre-  
pitibus clamoribusque nocturnis attoniti. nullas adhuc vires

30      *coniuratio, ceterum incrementum ingens virium habet, quod  
in dies plures fiunt. maiores vestri ne vos quidem, nisi  
cum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus  
eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut  
aliquis ex magistratibus ad contionem vocasset, forte teme-  
re coire voluerunt; et ubicumque multitudo esset, ibi et  
legitimum rectorem multitudinis censebant esse debere. qua-*

35      *les primum nocturnos coetus, deinde promiscuos mulierum ac  
virorum esse creditis? si quibus aetatibus initientur mares  
sciatis, non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat. . . ."*

\*) Im Anschluß an eine Sitzung des Senats waren die *aediles curules*, die *aediles plebis* und die *triumviri capitales* beauftragt worden, jeweils verschiedene Maßnahmen zum Schutze des Staates zu treffen.

## II. Sprachliche Erläuterungen:

- 1) Was drückt die Verwendung des Konjunktivs in admoneret Zeile 7 aus?
- 2) Zu welchem lateinischen Verb ist cōtiō (Zeile 2, ..., 32) Verbalsubstantiv?
- 3) Zu welcher unmittelbar übergeordneten Konstruktion gehört der Nebensatz qualecumque sit Zeile 21, und welche syntaktische Rolle hat er in dieser Konstruktion?